



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Confessionis conditiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

duxerit, quomodo ante, quomodo post matrimonium contractum sese gesserit: tertio quantum facit ad vicissitudines humanæ vitæ, in rebus prosperis videlicet & aduersis, in sanitate & & ægritudine, tempora varia, officia diuersa, quæ exercevit, sodalitia, loca, regiones, in quibus egit & versatus est, circa hæc omnia videat, an corde, lingua, vel opere peccauerit aliquando.

*Confessionis conditiones.*

Ad hæc conditiones quæ ad confessionem perfectam requiriuntur, quanta poterit breuitate, & facilitate illi proponet: poterit verò ad quatuor, vel quinque præcipuas reducere illas sexdecim à Doctoribus sæpè commemoratas, quæ his verbis continentur:

*Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,*

*Atque frequens, nuda, & discreta, libens, ve-*  
*recunda.*

*Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,*  
*Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Rogabit an recordetur se, vel in casum aliquem reseruatum, excommunicationem incidisse, vel quod aliud impedimentum habere, à quo probabiliter arbitretur, quod absolui non possit, si quid huiusmodi in exordio, vel in ipso decursu confessionis reperiatur, se procedat ulteriorius, sed significet pœnitenti, eum à se absolui non posse, verum necessarium esse, ut auctoribus, aut Pœnitentiariori maiori Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, aut alteri, cui à similibus absolueri potestas collata est, se exhibeat: si tamen ratio aliqua subsit, cur Confessorius non expedit iudicet, ut pœnitens id agat, tum ipsem et  
ad Pœ-

id Pœnitentiarum , vel ad nos , pro absoluendi  
potestate impetranda recurrat.

Confessarius quomodo se geret cum ijs , quos  
absoluere non poterit.

Sipœnitens extra ciuitatem sit , taleque ne-  
gotium sit , vt ipse Confessarius à Vicario no-  
stro foraneo , aut alio in ijs locis ad similia de-  
cidenda à nobis deputato subdelegari possit , ab  
ijs absoluendi potestatem legitimam impetrat ,  
vel pœnitentem ad eos remittat , nisi forte nec  
ipſi à casibus reseruatis absoluendi potestatem à  
nobis haberent , aut casus iste sub eorum licen-  
tia comprehensus non sit , hoc tempore , si pœni-  
tens Mediolanum venire possit , horretur eum vt  
id faciat ; quod si ad id inducere non possit , pe-  
titab eo veniam , dictum casum nobis , vel Pœ-  
nitentario maiori literis , aut verbis indicandi ,  
quatenus absoluendi ab eis potestatem impe-  
trat : quod cum faciet , & rem ipsam literis com-  
mittet , prudentiam , cautionemque summam  
adhibeat necesse est , ne ullo modo in aliorum  
notitiam venire possit : at verò si causa tanti mo-  
menti esset , vt si litteræ vel perdantur , vel inter-  
cipiantur , maius aliquod pœnitenti in commo-  
dum immineat , tum Mediolanum Confessarius  
iubeat ipsum proficisci , nisi forte consultum vi-  
deatur , vt ipso veniar alterius nomine .

Ceterum in negotijs similibus prudentius fa-  
cient , si recta ad Pœnitentiarum maiore , quam  
quoquam aliò recurrent , vel eo pœnitentes suos  
dirigant ; specialiter enim à nobis ad id cōstitu-  
tus est ille , cum ampla etiam potestate alios sub-  
delegandi in ijs omnibus negotijs , quæ pro ca-

Ff suum